

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Wallbrunn, Ludwig Carl Wilhelm Gustav von]: Hernici IV vita dixit, 28 Jun
1783

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Henrici Wittam

dixit

Louduicus a Wallbrunn

Corbruhæ

A. D. 28 Juny

MDCCLXXXIII.

3858. 1111 or

655

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side]

Henricus
tus, ille
omnem
promptu
offertu
riculis
thas h
iginem
orte de
ta comite
torum
cum Hen
vencio
tia regni
dum turbu
lonis +
paris que
traucem
mis tue

Henricus quartus ex Borbonica gente, inely-
 tus, ille rex, etiam nunc nationis Gallicae
 ornamentum decusque, vir ingenio, manu,
 promptus, consilii plenus, belli pacisq. artibus
 instructissimus, prudens ac strenuus, in
 periculis imperterritus, regis dotibus ac vir-
 tutibus heroicis, cognomen Magni meruit.
 Originem traxit Borboniorum familia a Ro-
 berto Ludovici sancti, filio minore, Clermen-
 tia comite. Patrem ipse Henricus habuit tu-
 tonium regem Navarrae. Deficiente iam
 cum Henrico tertio regia stirpe ad Bor-
 bonicos principes regnum delatum est. Ini-
 tia regni aspera ac foeda conspiratione admo-
 dum turbulenta. Quanquam enim ius suaf-
 fionis, iure negare illi nemo poterat, a
 plerisque tamen detrectabatur, seq. contra vim
 Francorum adversariorum consilio et ar-
 mis tueri necesse habuit. Equidem Ante-

cesser Henricus III, haud ita longe ante
 eius mortem legitimum regni successorem
 eum sibi destinaverat, omnibus militiae prae-
 jectis, ut ipsi cum iusto regi obedirent, adme-
 nitis. Obtemperabant duces, tribuni que mili-
 tam, eique fidem addicebant. Sed quam sint
 mortalium animi mobiles ac varii, quamque for-
 titer superstitione regantur homines vel ex
 hoc perspicimus. Quippe ipsi, qui ab initio,
 dignitati eius suffragati fuerant, pars no-
 bilium et exercitus, prorsus ab Henrico a-
 verteabantur. Neq. aliam rationem mutatae men-
 tis afferrebant, quam quod alienae religionis
 esset deditus, haeretico obedirendum non esse.
 Nec id parvi erat momenti. Etenim ipse Papa
 successione incapax eum declaravit. Ob id
 proximores regni, ab illo secesserunt. Tam
 dubio et difficili rerum statu dux Bironius
 ut regis gratiam prae ceteris sibi conciliaret,
 se totum ad regis partes adiunxit; auctorita-

te, qua apud unicum exercitum florebat, mil-
tunc ei profuturus.

Stubignius, ex familia nobili natus, et ipse a par-
tibus Henrici, minime esse evictandum, sed
sedule rem gerendam ratus, ab Helveticis na-
tionibus auxiliū petendi, auctor regi fuit. Rex
itaque misit, qui auxilia apud illos sollicitarent.
Helvetii ad hoc erant parati, et pro tres menses
vel sine ulla mercede, regi se auxiliaturos, pol-
licebantur. Quippe non ignorabant, quod ner-
vo rerum gerendarum, tum vel maxime rex de-
stitueretur. Hoc tempore utriusq. partis proci-
res, se ad regem contulerunt, illique demon-
strabant, si religionem pontificiam amplec-
teretur, id optimum fore et unicum remedium
regni adipiscendi et retinendi, quia tunc
nobilissimi et principes viri ad obsequium pa-
rati essent; sin vero minus in id consenti-
ret, gladio potius se iugulare passuros,

quam fidei antiquissimae iacturam, opera
sua proverturos.
Mirabatur rex, quod a se postularent, ut re-
ligionem suam tam subito, tamque leuiter
abdicaret, tempus deliberandi, sibi pretulit.
Addidit, his ad rem tantam praeponderan-
dam, spatium sibi denegarent, liberum relin-
qui, si vellent, sese relinquere. Nilominus
tamen sibi persuasum esse, Catholicos omnes,
quibus honor atque patria, curae cordique fac-
rit, sibi esse addictos, hoc consilium, par-
tem regi contrariam divisit. Namque alius in
concilio demum primorum regni, alius vero eadem
statim tempore, quo res ista locutus est se ei sub-
mittere placuit. In his dux Bironius, sive amo-
re erga regem adductus, sive alicuius commo-
sobi obtinendi spe. Aliq. praevallere. Regi itaq.
deditionis forma offerbatur, his fere condi-
tionibus, ut fides pontificia, sine ulla mu-
tatione, per universum regnum conservare-

tur, liberum exercitum religionis reformatis,
 in illis tantum locis concederetur, quos tum obtine-
 bant, principes de regio sanguine orti, ut et regni
 proceres. Nobiles omnes in univ[er]sum subditi digni-
 tatem, uir a bonaque sua retine[re]nt. Subscrip-
 tis his litteris a rege, Franciscus e domo bor-
 bonica, plures duces et principes uiris in rem-
 di religione, in fidem eius, cum ipsorum, tum
 exercituum nomine se obstrinxerunt. Iamq[ue] Hen-
 ricus publice rex salutatus est, cum annorum
 esset triginta sex. Dux Ep[er]nonnois, regi de-
 ditionis fidem non addidit, sed cum copiis
 suis a regio exercitu secessit. Comites luresq[ue]
 alii eius exemplum sequebantur.

Interea Parisini Henr. III mortem velut diui-
 nitus immissam, ut a malo sibi imminente li-
 berarentur, publice praedicabant. Erant adeo
 ex sacerdotum ordine, qui Henricum III ut p[ro]p[ri]e
 Tyrannum, uire fuisse occisum, pro concio-
 ne testarentur. Litterae in vulgus spar-
 gabantur, quae docebant, quod ista caedes

divino nutu, et consilio commissa fuerit, pror-
 terque plebs velut furore acta grassabatur.
 Majennius dux, ad omnes civitates, ad ligam con-
 sociatas, litteras misit, quo magis in proposito
 illas corroboraret. Eodemque tempore in con-
 ventu ordinum franciae magnopere contendit,
 ut Carolum Borbonicum regem crearent. Ele-
 nim nunquam illorum consiliis accessit, qui sua-
 debant, ut aut ipse dignitatem regiam sibi sume-
 ret, aut Hispaniae regem Philippum II ad reg-
 na vocaret. Utraque ratio nimis periculosa ei
 esse videtur videbatur. Ipse potius sub Cardena-
 lis nomine, qui tum captus erat, nemini sus-
 pectus esse voluit. Perspiciebat rex, quantum
 sibi a duce Majennio periculi immineret.
 Igitur omnem operam dedit, ut illum sibi
 reconciliaret. Sed hic pertinaciter recusavit,
 quamdiu rex alienae religioni devinctus foret,
 atque Cardinalis in custodia teneretur. Quam-
 igitur pace iam minus speranda, regius exer-
 citus quotidie diminueretur, neque oppugna-

tionem urbis Parisiæ continuare valeret. Com-
 pendium iter ingressus est, eo que Henrici III cor-
 pus deportari iussit, ut a Parisinorum insa-
 nia tutum servaretur. Nec foederatorum ex-
 eritus in campo conspiciebatur. Quare rex
 suis copias sicuti ipsi placuit uti poterat. Ma-
 jennius, utpote caput foederis, eius vestigia re-
 gis sequebatur, aut in etnoghiam eum confugere
 coactus, aut omnino seu vivo seu mortuo
 ipso potiturus. Admirabilis sane hic pro-
 videntia numinis fuit, quae tam intrepido
 animo, eaque constantia regem instruxerit, ut
 ex praesentissimis periculis sese expediret.
 Rex veritus ne in urbe Dreppa includeretur,
 apud Pragum Strquesuim se circumvallavit.
 Dux retro cedere, seque cum exercitu in Bel-
 gium recipere coactus est. Tum regius
 exercitus augebatur, adhuc quatuor millibus
 militum ex etnoghia sibi adiunctis. ducto sic
 exercitu, ut vel in conspectu hostium, urbi

expugnandae, suscepturus videretur, Parisiam
 appropinquavit. Jamque ante iacentibus urbibus
 portas domibus protitus, repente Majennii
 adventu, quo minus expugnationem perficeret,
 impediebatur. - Iterum ergo regressus est, proce-
 lio cum duce frustra tentato. Mittebatur eo
 tempore Cardinalis a Papa in Galliam.
 Non ignorabat Majennius, Cardinalem Hispanicum
 favere, itaque agere perspiciebat, ut aut regem
 Hispanicum, aut principemlotharingicum in solium
 proveheret. Naturam at igitur dux, ut Cardinalis
 Borbonius, sub nomine Caroli X, rex crearetur. Tan-
 dem Majennius iter contra Henricum direxit,
 Hic aut plenam victoriam reportare, aut
 mori decreverat, sicque animatus, illi occurrit.
 Apud Ivrium proelium commissum est, rex
 victor excessit: Majennius fugam arripere co-
 actus. Rex nunc adversariam sibi urbem Pa-
 risiam oppugnatione subigere statuit. Itaque
 cum quindecim millibus militum, castra ibi
 posuit. Inerat validum praesidium, centum
 circiter millium. Canonica vero ad praesens

batur urbs, ut quisque mortaliu[m] putaret
 via per unius mensis spatium sustineri poss[et].
 Attamen oppugnatio per tres menses extracta.
 Inedia usque eo crevit, ne cives arma amplius
 gerere possent. Maximum sibi eo attraxit dam-
 num Henricus, quod magnam multitudinem
 senum, mulierum^m et infantium, quos dux Ve-
 morensis urbe eiecit nimia fere gratia, ipsius
 castra permeare poteretur. Quo quidem ingenti
 numero hominum, urbem ipse liberavit.
 Interea captis iam suburbis Parisiensis, in
 maximam miseriam adducti sunt. Sacerdotes
 interim omnem operam dabant, ut plebeis animo
 obfirmarent, suadendo, ut potius vel mortem
 subirent, quam haeretico se dederent.
 Postremo miseria eo usque crevit proceffit, ut
 ad regem mitterent, qui cum illo pacem trans-
 igerent. Rex promissum illis se ostendebat, sed
 conditionibus quibuscunque, iam superasse
 negabat. Ita nihil perfectum est. Aliqui
 id colloquium, fraude foederatorum prin-

eipum susceptum esse interpretantur, spe appro-
 priantis pacis, populum ad tempus miti-
 gare cupientium. Nam inopinato casu omnes
 res subito mutabatur. Philippus Hispaniae rex def-
 sidentium causam patronum se offerebat. Sperabat is autem
 ipsum posse regno Gallicae petiri, aut filiam certe, si qui-
 dem illa cum Gallico principe, qui rex declaratus foret,
 matrimonio iungeretur. Nunc oppositissimam exsequendi
 propositi occasionem sibi oblatam existimabat, ideoque
 foederatis summis viribus opitulari cepit, atque exercitus
 sui, qui in Belgioerat, clarissimo duci, Alexandro de
 Parma mandata dedit, utquam proisset, celeberrime itinere
 ad urbem dutetiam, obsidione liberandam adcurreret. Par-
 mensis accelerato cursu eo pervenit, cumque Majennico
 se consociavit. Rex qui id minus opinatus erat, vehem-
 enter angebatur. Nam proelium congruere cum ad-
 unato hostium exercitu, non audebat, quum sui mi-
 litis, valde defatigati essent, et imminuti iam.
 Retro igitur cessit. Sic Parisienses ab exitiosa
 expugnatione liberabantur. Inter haec aliisque varias
 belli capis, quos omnes enarrare nimis longum fo-
 ret, Borbonius Cardinalis, quem diximus foede-

rates sub nomine Caroli d. regem creasse, in carce-
 cere mortuus est. Post cuius obitum magna inter soc-
 deratos principes dissensio existit: simul adspiran-
 tibus ad regiam dignitatem, Hispano, Condeco, Guisio-
 Janque in eo erat, ut aut coronam dimitteret, aut
 sacra commutaret. Quum igitur Rex pressiceret,
 bello pacem restitui non posse, Romanensium ri-
 tum affectatus est.

Hugonetti id quum audirent, magno opere super hac
 perturbabantur. Quin etiam Genevensis res publica,
 super hac re, gravissimas litteras ad regem misit.
 Quinte mensis Julii, anno millesimo quingentesimo nonage-
 simo tertio, applaudente populo, fidei professionem
 publice edidit. Eo quidem die Rex ad s. Dionisii
 Janum se contulit. Ibi et archiepiscopus Bituricensis
 ante templi fores eum excepit. Rex genua flexit,
 et se archiepiscopo submitit. Tunc ab archiepiscopo,
 aqua sacra perfusus ad summum altare
 adduabatur. Edita fidei confessione in sacrarium
 ingressus est. Poenitentia ad ut vocant peracta ab-
 solvatur: hac tamen conditione, si Papa ratum
 id esset habiturus. Neque vero idcirco, foedus
 in regem illico cessavit. Curae iam regi erat

ut coronaretur. Coronationis solemnia Carnuti celebra-
 ta. Eiusque civitatis episcopus coronam regi im-
 posuit. Inter haec laeti nuntii, undique adferbantur,
 urbes atque provincias, alias post alias ad obsequium
 rediisse. Sola urbs Parisi regi adversabatur. Rex vero
 ibi multos amicos habuit, quorum numerus in dies au-
 gebatur. Quumq. rex ad urbem appropinquaret, exercitus
 eius, nemine resistente intro mittebatur. Quia vero Hen-
 ricus absolutionem nondum Roma obtinuerat, adhuc
 haereticus a multis censebatur. Quo magis rex, ab
 ipso pontifice romano absolvi cupiebat. Labora-
 bat Philippus Hispaniae rex, ut id quovismodo
 impeditet. Sed qui negotia regis, Roma agebant,
 Papam permoverunt tandem, ut absolutionem
 concederet. Quo quidem obsequio profusus colla-
 befactus est. Dux Majinacius ipse optimum fac-
 tu esse indicabat, ut secundum aliorum exem-
 plum, quos rex benigne susceperat, regi se sub-
 mitteret. Neque rex gratiam ipsi negavit, illud
 tamen ostendit, nequaquam cum illo, tanquam
 foederatorum duce se trans acturum, sedentem
 a se ipsum et quicumque sui gratiam recipere

vint, cum iusto regi obedirent, obsequium sibi praestare debere; quo facto iniuriam omnium liberalissime condonavit. Ita exoptata quae imperio reddita, Henricus ceterum fidei ipsius confessorum, nequaquam est oblitus, sed singulare voluntatis suae erga eos edidit spem. Edictum Manetense anno millesimo, quingentesimo, nonagesimo octavo, promulgatum est, quo Hugoneticis liberum religionis exercitium concedebatur. Bellum Hispanicum adhuc perduravit; Hispaniae coepitae aliquoties fugatae, Philippus morti vicinus, non minus quam Henricus optabat, ut tandem pax coalesceret. Verum denique, ea perfecta est. Omnia invicem restituebantur, quae alter, alteri abstulerat. Paucata sic Gallia ab exteris hostibus, cogitare coepit, demum Henricus decurperant. His, quae per ista turbida tempora passim sibi adempta fuerant. Sabaudiae dux Marchionatum Saluziensem, quae regio obsitum vi per comitatus erat, occupaverat. Rex eundem vindicabat. Lugduni transacta res est. Solluzium Sabaudae additum. Pro quo aliae ditiones regi concessae. Eodem anno Henricus denovo matri-

monie se iunxit. Sed mox uxorem repudiavit. De-
 anabat rex Belfortiam, eamque coniugem sibi deſti-
 naverat. Romae iam agebatur ut prius matri-
 monia dirimeretur. Belfortia interim, cum magno
 ipſius dolore mortua fit. Henricus poſtea Maria
 Mediceam in matrimonium ſuſcepit. Nobiliſſimus
 rex magna gloria pace ab hoſtibus parata, a ſuis mi-
 niſtris et ducibus in varium diſcrimen adducebatur. Quia
 etiam illi quos benigniſſime habuerat, clandestinis con-
 ſiliis, regem oppugnabant, novaque mollebantur. Con-
 ſpiravit in regem ellarſchallus Bironius. Offen-
 debatur hic, quod exiſtimabat, haud praemia, digna
 meritis ſibi obtigiſſe. Ideo cum Hiſpano et Sabauda
 clanculum foedus praerigiti. Convenerat, praeter
 magnam pecuniam, et aliquot provincias Bironio
 conferendas, ut filia ducis Sabaudiae ipſi nu-
 beret. Id rex ubi agnoverat, Bironium ad ſe vocari
 iuſſit, illique vitam ſe condonaturum pollicitus
 eſt ſi rem omnem, quomodo ſeſe haberet ſine
 fraude reſereret. Hoc tam liber aſi regis dicto,
 Bironius commotus, palam omnia regi denunciabat.
 Itaque tunc ellarſchallus, in gratiam receptus eſt.
 Neque tamen in fede manſit, quippe denno cum

Hispano fecit societatem. Coepta Bironi regem non diu latuere. Etenim La Finius familiaris eius libellos et documenta, ad regem perfererat, quibus, quidquid actum erat, liquido apparuit. Bironus domum revocatus, diu vario praetextu recusabat, donec firmissimis promissionibus gratiae regiae moveretur. Igitur Fontenebleaudi ad regem accessit, et ac moram prius ad se adlatam, excusavit apud regem excusavit. Quum vero Rex de re praecipua cum illo colloqui coepisset, omnia negavit. Et quanquam regi adfirmaret, quod confessionem sinceram, omnino detrimento ei futuram, obstinate tamen negare perseveravit, quia existimavit La Finium, in quo summam ponebat fiduciam currasse, nequid omnino comperiri posset. Tandem in carcerem coniectus, et capitis damnatus est. Rex

Rex ille, vere magnus felicitate et gloria accumulatissimus, ad extremum manu abjectissimi hominis, vita privatus est. Rex enim per Platam aliquam urbis, reherda vectus, dum propter exundantem hominum multitudinem,

subsistit paululum, a nebulone prestigatissimo,
 cultro transiens, nulla emissavocē exanimis ce-
 cidit.

Horrendum et impium facinus! Execrabile scelus!
 cuius memoria retinam posset ex fastis Gal-
 licae gentis extingui. Insequuta tempora, qua-
 lis et quantus Rex fuerit Henricus IV, notius
 testatusq. secerunt.
